UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXVI. Markgraf Ludwig verpfändet an Nikolas Ropenack Einkünfte zu Brusenhagen und Vethen, in Jahre 1343.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54314

Visual Library

LXVI. Markgraf Ludwig verpfändet an Nikolas Ropenack Einkünfte zu Bruſenhagen und Vethen, im Jahre 1343.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. obligamur et tenemur ſtrenno viro nycolao Ropenacke ſuisque veris et legitimis heredibus in XXX marcas argenti, pro quibus ſibi locauimus ſeu obligauimus IIII^{or} fruſtorum precariam tam denariorum quam annone in villa bruſenhain ſitorum et duorum fruſtorum precariam modo predicto in villa vettin ſitorum cum ſeruiciis currnum nec non cum ſingulis ſuis pertinenciis, eiſdem ſex fruſtis ex jure vel ex debito pertinentibus, ſex annis continue ſequentibus ſine inquietatione qualibet, velud nos hactenus dicta fruſta poſſedimus, percipiendam, quousque prenotato nycolao aut ſuis heredibus integraliter ſatisfactum fuerit, ſed debitam computationem nobis faciendam debitis in eiſdem, ſi non ante predictorum annorum exſpirationem in predictis debitis pretactis ſatisfactum fuerit redditibus ex eiſdem. Extunc predictorum fruſtorum precaria ad nos libere reuertetur. Si autem annis predictis exſpiratis eiſdem in prenotatis debitis defecerit, hunc defectum debebimus adimplere.

Nach dem Leipz. Copialbuche der Vogtei Havelberg. Bl. 10^{b}, Nr. XLIV.

LXVII. Markgraf Ludwig's Lehnbrief für Erneſt von Grabow, vom Jahre 1344.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Contulimus ſtrenuo viro arneſto de grabowe, fideli noſtro dilecto, ſuisque etc. VI fruſta annuorum reddituum, ſita in villa dicta choden, cum iudicio ibidem, cum eo iure, vtilitate ac honore, quibus ipſa VI fruſta nobis pertinebant, poſſidenda et habenda pacifice ſeu quiete: pro qua quidem collacione ipſe nobis, ſicuti ceteri fideles, ad ſeruitium noſtrum aſtricti, debebit et tenebitur famulari. In cuius etc. Teſtes Tek, magiſter coquine et wedel ſenior. Datum anno ut ſupra (MCCCXLIV) in craſtino b. vincentii.

Nach dem Leipz. Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 20^{a}, Nr. LVIII.

LXVIII. Markgraf Ludwig beleihet die von Oſterburg mit Hebungen in Sarnow bei Prizwalk, im Jahre 1344.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Contulimus ſtrenuis viris henningo de oſterburg et ottoni patruo ſuo ipſorumque etc. quinque talenta denariorum brandenburgenſium minus quatuor ſolidis reddituum annuorum, ſita in precaria ville dicte ſſarnowe, cum ſeruitio currnum et pertinenciis ſuis vniuerſis, cum omni iure, gracia, commodo, profectu et honore perpetuis temporibus poſſidenda. In cuius Teſtes buch, magiſter coquine, helbe, milites, wedil ſenior. Datum ut ſupra, feria V^{a} ante purificationem.

Nach dem Leipz. Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 18^{b}, Nr. LII.